Te decet ymnus deus in syon: et tibi reddetur ps david
uotum in ierusalem. Exaudi orationem meam ad te omnis
caro ueniet. Verba iniquorum preualuerunt super nos: et impie
tatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegisti et assumpsi
sti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus
tue sanctum est templum tuum: mirabile in equitate. Ex
audi nos deus salutaris noster: spes omnium finium ter
re et in mari longe. Preparans montes in uirtute tua: accin
ctus potentia qui conturbas profundum maris et sonum fluctu
um eius. Turbabuntur gentes et timebunt qui habitant ter
minos a signis tuis: exitus matutini et uespere delectabis.
Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare
eam. Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum illorum
quoniam ita est preparatio eius. Riuos eius multiplica genimina eius
in stillicidiis eius letabitur germinans. Benedices corone an
ni benignitatis tue: et campi tui replebuntur ubertate. Pingue
scent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur. Indu
ti sunt arietes ouium et ualles habundabunt frumento: cla
mabunt etenim hymnum dicent.
Iubilate deo omnis terra ps d. In ecclesiis .viii. amen J.
psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Dici
te deo quam terribilia sunt opera tua domine: in multitudine uirtu
tis tue mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te et
psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo. Venite et uidete ...